

Commentaria.

Quidam homines erant tantum as-
sueti comedere venenum: quod venenum
erat eis cibus.

Quidam per consuetudinem audiendi falsa:
negant principia vera per se nota: ut ex ni-
hilo nihil fit ut christiani.

Fides vulgi fortior est quam fides philosophorum
Qui in principio addiscit philosophiam non po-
test audire leges: sed qui in principio addi-
dit leges non impeditur quin possit audire
philosophiam.

Quarti physicorum.

Quid non est: nunquam vel nul-
quam est.

Rebus mobilibus queritur locus.

Omne corpus est in loco: et in omni loco est
corpus unde dici solet. non est locus sine cor-
pore nec corpus sine loco. Duplex est locus. scilicet
proprius et communis. Communis est quo plu-
ra corpora sunt proprius in quo vnum cor-
pus tantum est.

Locus est ultimum vel terminus corporis con-
tinentis immobile primum. id est locus est vlti-
ma superficies corporis continentis secundum
quod continetur cum tanta distantia ad orbem.

Sexto modo dicitur aliquid esse in aliquo. vno
modo sicut pars in suo toto. sicut digitus in ma-
nu: secundo modo sicut totum in partibus
ut domus in pariete: tecto: et fundamento.
tertio modo sicut species in genere: ut homo in
animali. Quarto modo sicut genus in spe-
cie quia genus est pars diffinitionis speciei
et etiam differentia. unde quodammodo et ge-
nus et differentia dicuntur esse in specie si-
cut partes in toto. quinto modo sicut forma
in materia vel subiecto siue sit accidentalis:
siue substantialis: sicut sanitas dicitur esse in
calidis et frigidis. quorum contemperantia
constituit sanitatem. sexto modo sicut aliquid
in primo motivo. id est prima causa efficiens ut
regnum in regente. septimo modo sicut ali-
quid in suo fine. ut cor alicuius dicitur esse in
aliqua re quam amat et desiderat. octavo mo-
do: sicut locatum in loco. ut aqua in vase.

Nihil est in seipso primo et per se.

Superficies est in corpore scientia vero in
anima.

Locus continet et conseruat locatum.

Quandoque tunc pulcherrime demonstratur
vel diffinitur cum ostenditur quid est ipsum:
et cum accidentia sua propria ostenduntur si-
bi inesse et cum opposita circa ipsum soluantur
et cum cause discipline oppositorum circa ipsum
manifestantur.

Locus est equalis locato.

Duo corpora non possunt esse simul in eodem loco

Quandoque fertur naturaliter ad locum sibi
proprium.

Non est dare vacuum in natura.

Dicitur ad plenum et entis ad non ens: nulla est
proportio vel comparatio.

Necessario est diuidi excellens in excellentiam:
et id quod excellitur.

Excellens et id quod excellitur in aliquod conue-
nire semper debent.

Contrartorum eadem est materia.

Tempus consequitur semper motum.

Qui non apprehendit motum: non apprehendit
tempus: sicut patet in his qui fabulose dicitur
tur dormire in sardis.

Tempus est numerus motus sive prius et po-
sterius. id est prius et posterius sunt in motu pro-
ut sunt numerata ab anima.

Nihil habemus de tempore nisi nunc. id est pre-
sens tempus vel instans.

Tempus est mensura motus. scilicet rerum mutabilium.

Omnia que sunt sub celo tabesunt senescunt:
et sordescunt sub tempore.

Sempiterna non sunt in tempore.

Tempus est passio motus: et precipue motus celi

Commentaria.

Elum non est in loco per se sed per acci-
dens. scilicet ratione centri.

Quantitas non est de genere virtutum activarum.
Successio motus cauatur ex resistentia medi-
vel mobilis vel vtriusque.

Tempus et numerus priorum et posteriorum
existenti in motu.

Quinti physicorum.

Quod motus recipi denominatio-
nem a termino ad quem.

Additum comparatum vni extremorum habet ra-
tionem in alterius extremi: ut iuscum, compa-
ratum ad nigrum dicitur album.

Motus est transmutatio successiva que fit in re.

Mutatio est transmutatio subitanea: que fit in
instanti.